

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &
benedictae Matris eius meditatione**

Arias, Francisco

Coloniae Agrippinae, 1616

Cap. I. Qvàm nobile & salutare exercitium sit, Deum in actionibus suis
omnibus præsentem sistere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](#)

CAPVT I.

QVAM NOBILE ET SA-
lutare exercitium sit, Deum in a-
ctionibus suis præsen-
tem sistere.

Permulta quidem præstā-
tissima, iuxta ac vtilissi-
ma suppetunt media &
exercitia ad perfectas
virtutes consequendas,
nullum tamen meo iudicio præstan-
tius vtiliusve est hoc ipso de quo agi-
mus, si quemadmodum conuenit in-
stituatur. Quicquid enim boni alijs in-
est, in hoc vno quadantenus contine-
tur: quicquid cæterorum beneficio in
vita spiritali efficitur, huius quoque
opera obtineri potest. Hoc vnum scr-
uum Dei & incitat, & excitat, & infla-
mat, vt reliqua omnia media re ipsa ex-
erceat, vt subsidia ad veras solidasque
virtutes comparandas necessaria vel
salutaria præsto sint, vt lumen diuinū,
ad illustrandam mentem, & robur ad
impellendam voluntatem à præsente
diuina maiestate assidue impetretur.
Atq; hac ratione fit, quod diximus, vt
hoc exercitium sit cæterorum omniū
quasi summa & anacephalæosis. Si er-

A 3

go

6 EXERCIT. FRANC. ARIAE
go seruus Dei, sui profectus spiritualis
cupidus reformidet, ne forte obliuiscar-
tur tot salutarium mediorum, quæ ad
parandam vitæ spiritualis perfectionem
necessaria esse, vel à viris pijs audiret,
vel in libellis siue meis, siue aliorum
le&titauit, meminerit saltem huins, &
re ipsa exerceat; hoc enim studio effi-
ciet, ut reliqua omnia, quæ obliuione
sepulta videbantur, in mentem recu-
rant, cum opus fuerit. Rursum, si quis
desiderio ardens placendi Deo, cuius
diuinæ voluntati in omnibus obsequi-
di, post perlecta in spiritualibus libri-
tate documenta, monita, & media ad
vitam sanctam religiosamque ducen-
dam congruentia, animo deiiciatur,
quasi impossibile sit tam multas, tam
que varias exercitationes usurpare; si
animo sit forti & erecto: ecce uno anti-
doto omnem difficultatem absterlam.
Vni huic exercitationi, qua de loqui
mur, opitulante diuina gratia se seru-
dedat, ac deprehender sic cor suū amori
cœlesti accendi, & cum diuina volun-
tate conformari, vt omnia illicò me-
dia & remedia, tum ad quasvis virtutis
exercendas, tum ad vitia, tentationes
que, licet graues, expugandas, prout
occasio eas obtulerit, yltron diuinatus

sint
præ
nem
xili
temp
sugg
exerc
stat
suz
destin
consp
dum
Man
faktion
erit
E
medij
das v
re, atc
de pr
neda
obtin

DE PRAESENTIA DEI. 7

sint occursera. Deus siquidem ei, qui se
præsentem contuetur, & in quem om-
nem cordis sui fiduciam coniicit, au-
xiliumque implorat, opportunè suo
tempore & loco, quid factò opus sit
aggerit, lumenque & efficacitatem ad
exercenda necessaria media submini-
strat: nunquam enim Deus cœlestis
sua gratiæ opportuno præsidio eos
destituit, qui in suæ diuinæ maiestatis
conspicu & præsentia, quemadmo-
dum conuenit, vitam traducunt.

CAPVT II.

Quoniam operè in diuinis litteris, Patrumque
sanctorum scriptis commendatum sit hoc ex-
ercitium, quamque singulare studium
in eponere debeat Dei seruus
sui progressus cu-
pidus.

EX dictis facile colligere potest
Dei seruus, sicut cura, studioque
opus est in omnibus exercitijs,
mediisque sanctis ad comparan-
das virtutes idoneis, ita longè maio-
re, ardentioreq; opus esse in hoc medio
de presentia Dei ante oculos mētis po-
nēda exercitando, eo quod inter cetera
obtineat principatū, ut sapiēter alicubi

A 4

an-